



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Avrea Gemma Christianorvm

Ruben, Leonhard

Paderbornae, 1604

XVIII. Christus est reconciliator noster.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)

Christus est propitiatio nostra.

Roman. 3. 24. 25. 26. *Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem qua est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiationem, per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiae suae, propter remissionem precedentium delictorum, in sustentationem Dei ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore: ut sit ipse iustus & iustificans eum, qui est ex fide Iesu Christi. 1. Ioan. 2. 1. 2. Filii mei hac scribo vobis ut non peccetis, sed & si quis peccauerit aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Ibidem. cap. 4. 10. 11. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Charissimi, si Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere.*

CAPVT XVIII.

Christus est reconciliator noster.

1. Corinth. 15. 18. 19. 20. 21. *Ergo & qui dormierunt in Christo, perierunt. Si enim in uita tantum in Christo sperantes sumus, miseriores sumus omnibus hominibus. Nunc autem Christus resurrexit a mortuis primitia dormientium quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Collos. 1. 20. 21. Et*

omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius, siue qua in terris, siue qua in caelis sunt. Et vos cum essetis aliquando alienati & inimici sensu, in operibus malis: nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem, exhibere vos sanctos, & immaculatos & irreprehensibiles coram ipso. Plura capite decimo sexto, decimo septimo, decimo nono, vigesimo primo.

CAPVT XVIII.

Christus redemptor noster per sanguinem suum.

FIGURAE. Exod. 12. 13. Erit autem sanguis (agni scilicet paschalis) vobis in signum in aedibus in quibus eritis, & videbo sanguinem & transibo vos, nec erit in vobis plaga disperdens quando percussero terram Aegypti. Deut. 13. 5. Propheta autem ille, aut fictor somniorum interficietur: quia locutus est ut vos auerteret a Domino Deo vestro qui eduxit vos de terra Aegypti, & redemit vos de domo seruitutis, ut errare te faceret de via quam tibi praecipit Dominus Deus tuus: & auferes malum de medio tui.

PROPHETIAE. Iob. 19. 26. 27. Et rursus circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum meum: Scio enim quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Psalm. 3. 6. Ego dormiui & soporatus sum: & exsurrexi, quia Dominus suscepit me. Psalm. 50. 9. Asperges me hysopo & mundabor: lanabis me & super

M

super